



524

124-1X
4

570 (I-II)

ELENCHVS IN
EVANGELIA QVAE

DOMINICIS DIEBVS, ET IN FES-
tiuitatibus Sanctorum in ecclesia Dei per anni circulum de-
cantari solent, ex commentarijs *F. HECTORIS*

PINTI Hieronymiani in Ezechielem Pro-
phetam, excerptus & studio-
se digestus.



Cum licentia.

SALMANTICAE.

Ex Officina Ildefonsi à Terranoua & Neyla.

M. D. LXX X.

FELICITATE
 EVANGELII QUAE
 DOMINICIS DIEBUS ET IN FES-
 tivitibus sanctorum in ecclesia Dei per anni circulum de-
 terminantur, ex commentariis R. H. A. S. S. S.
 P. A. T. I. Hieronymianis in Exechielum pro-
 phetam, excerptis & studio
 se digestis.



Cum licentia.

SINE REPROBATIONE

Ex Officina Typographica Terranova & Neapoli.

M. D. C. C. X.

ELENCHVS IN EVANGELIA, QUÆ DOMINICIS DIEBUS & in festiuitatibus Sanctorum in ecclesia Dei per anni circulum decantari solent, ex cōmentarijs F. HECTORIS

PINTI Hieronymiani in Ezechielem Prophetam, excerptus & studiose digestus.

Dominica Prima Aduentus.



E duplici Christi Aduentu, scilicet, in carne & ad iudicium differit in pag. 142. col. 2. in med. columnæ, in verbo, Effunde.

¶ Videtur extrema dies iudicij appropinquare, iuxta illud quod saluator ait in euangelio. Cū venerit filius hominis, putasne inueniet fidē in terra? pag. 235. col. in med. Nunquid, de Antichristi ortu, moribus, persecutione & sepultura. pa. 494. col. 1. in fin. Et quia præcipuus. Vsq; in finem capitis, & in toto cap. sequenti, scilicet. 39. de signis præcedentibus diem iudicij, pag. 417. col. 1. in fin. Solet diuina. De iusto iudice Christo qui vnicuique retribuet iuxta exigentiam meritorum, pag. 524. col. 1. in fin. Vult significare. ¶ De pœna damnatorum, & tremēda illa die, pag. 12. col. 1. in med. Et ignis inuoluens. Quomodo autē tunc aperientur libri iuxta illud Danielis cap. 7. Libri aperti sunt, & antiquus dierum sedit, pag. 56. col. 2. prope finem. In quadam pag. lege columnam sequen. vsq; ad contex. vide etiam de hoc vltimo iudicio, pag. 136. col. 1. in med. Iniquitas domus, & pag. 177. col. 2. in med. In die Domini, & pag. 409. col. 1. in med. & consolata. Denique & pag. 626. col. 2. post med. Hoc erit. Non proderunt tunc sanctorum suffragia, sed vnicuique opitulabitur sua consciētia, lege de hac re, pag. 195. col. 1. in prin. Vel si gladium. Quomodo iusti latrabuntur cum viderint vindictam impiorum, pag. 285. col. 2. in principio. Pro eo.

Dominica Secunda Aduentus, Cum audisset Ioannes in vinculis, &c.

Dvo hic obseruanda sunt, primum quod Ioannes erat in vinculis, secundū quod

in carcere audiuit Christi opera. De primo perpende quod licet Ioannes esset in vinculis coniectus, liber erat, Herodes verò vinculis peccatorum astrictus Ioannes non timebat Herodem, Herodes autem (vt Marcus ait cap. 6.) timebat Ioannem, pag. 4. colum. 1. prope med. Cum essem, lege totam col. sequentem. & pag. 5. colum. 1. circa med. Credo tamen.

¶ Odit mundus veritatem, pag. 191. col. 2. in fine. & Propheta. & pag. 391. col. 1. circa finē. Nisi Ionas, & pag. 429. col. 1. in med. Væ concionatori, & pag. 623. col. 1. ante med. In toto hoc. ¶ Non ideo dimittenda est veritas aut occultanda, pag. 177. col. 1. ante med. Non ascenditis. ¶ Secundo à quibus audiuit Ioannes opera Christi? A discipulis dicentibus: Rabbi qui erat tecum trans Iordanem cui tu testimoniū perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes veniūt ad eum Ioan. 3. Hoc (vt Beda annotat) liuore inuidiæ narrauerunt Ioanni. Discipuli Ioannis simul cum Phariseis, inuidia instimulante, opera Christi calumniabantur, vt Lucas testatur. Luca. 5. De inuidia vide pa. 262. col. 2. in fin. Appellat. & pa. 334. co. 1. in med. In primis contra Ammonitas & pag. 335. co. 1. in medio. & super terram, lege totum fol. & pag. 405. col. 2. ante med. Æmulata. & pag. 416. col. 2. in fin. Vt cantharides. ¶ Aduerte super illud quod Christus respondit. Cæci vident, claudi ambulant, &c. Quod in his poterant discipuli Ioannis cognoscere Iesum esse Christum: Ex operibus enim cognoscitur homo, vnde saluator Iudæis disceptantibus de eo dixit. Opera quæ ego facio testimoniū perhibent de me. Io. 10. De necessitate tamen bonorum operum, vt Paul. asserit Timo. 1. vide pag. 88. col. 1. in prin. Quemadmodum. & pag. 121. col. 1. in med. Aduerte. Obserua autem quod hoc miraculum quotidie operatur Christus spiritualiter, illuminando cæcos peccatores. Cæci erant illi non visu corporeo, sed

sed spirituali. De quibus saluator ait, Sinite illos quia caeci sunt, & duces caecorum. Matth. 12. Hos caecos sepe illuminat Christus pag. 124. col. 2. prope med. Dicunt enim. ¶ In eo autem quod ait de Ioanne scilicet, arum dine vento agitatum, laudat Christus Ioannis constantiam. De qua vide pag. 22. co. 2. in prin. Est enim. & pa. 196. col. 2. ante si. Deus meus pone. & pag. 485. col. 2. circa finem. Pollicetur. & pa. 528. col. 2. in prin. Nam corpus.

Dominica Tertia aduentus. Miserunt Iudaei ad Ioannem.

Interrogauerunt Ioannem. Tu quis es? Hoc etiam vniuersi; nostrum potest interrogari de cognitione sui ipsius leg. pa. 23. col. 2. ante med. Haec est magna lege duas columnas sequentes. Vide etiam de eadem re. pag. 264. column. 2. in prin. Quasi vinea. ¶ Respondit Ioannes, Non sum ego Christus, quia mundi gloriam contempnit. Ioannes in magnam gloriam consecutus est, cum fuerit à Christo mirifice laudatus. Qui querit mundi gloriam, ipsam non inuenit, Qui vero contemnit, adipiscitur illam. De hac re late differit pagin. 100. column. 1. in medio. Urbes deserta. ¶ Parate viam Domini. pag. 108. column. 1. in fin. Et iudicabo. & pa. 108. column. 1. in fine. Facite vos. ¶ Medius vestrum stetit quem vos nescitis. Sic praesul. & quicumque est in dignitate constitutus, in medio suorum debet esse, omnibus consulens, & aequalitatem seruando. pag. 6. colum. 1. prope finem. Illud est praeterea. & pagin. 610. col. 1. in fin. Statera. & pag. 90. colum. 1. in fin. In medio Gentium. & pagin. 166. col. 1. ante med. Ezechiel enim. Habeat in manu mensuras. pag. 520. column. 2. in fine. Apparet Christus. & pag. 524. col. 1. in fin. vult significare.

Dominica Quarta aduentus. Anno quinto decimo imperij. C. c.

Ioannes omni virtute & eruditione excultus, anno aetatis trigesimo, exijt vt verbum Dei praedicet. Haec aetate Ioseph stetit coram Pharaone, & Regni gubernacula tenuit, similiter Dauid regnare cepit, & Ezechiel accepit munus prophetandi. At nunc impuberes & illiterati, &c. pagina. 429. column. 2. in medio. Imprimis autem. Prae non propria auctoritate se ingerit sed mittitur à Deo. Factum est enim verbum Domini super Ioannem pagina. 49. column. 1. in medio Mitto

ego te. Denique in deserto sacris orationibus & meditationibus insistens, prius didicit quae postea alios docuit. pagina. 54. column. 2. in princip. Et comedere. ¶ Praedicans baptismum poenitentiae. Praedicabat Ioannes dicens. Genimina viperarum, quis, &c. Quomodo impij & homines nepharij simulentur viperis, scorpionibus, & alijs feris & portentis vide paginam. 453. column. in princip. Vos autem. & pagina. 500. column. 2. in princip. poteris per pisces. & pagina. 552. column. 1. prope med. Talis est. De poenitentia autem, per quam deturpata peccatoris imago reformatur, vide pagina. 103. column. 1. in principi. & displicebunt. & pagina. 161. column. 1. circa med. & spiritum. & pagina. 250. column. 1. in princip. Omnium iniquitatum & 278. column. 2. post med. Displicebitis. & pagina. 434. column. 2. prope med. Et egerit. ¶ Vox clamantis in deserto. Hebraismus est, ac si diceret, vox clamans, sicut & alibi scriptura, virga aequitatis, hoc est virga aqua. Vas electionis, id est, vas electum. Filius perditionis, id est, filius perditus. Prae Ioannes ipse totus erat vox, vestis, cibus lectulus, facies, & quicquid erat in Ioanne clamabat, Poenitentiam agite. Non sic multi, de quibus pagina. 267. column. 1. circa med. Huiusmodi. ¶ Parate viam Domini. De hoc iam diximus in dominica praecedenti, quae est tertia Aduentus. Omnis mons & collis humiliabitur. Homines intelligit per montes & colles. pagin. 460. column. 2. circa finem. Appellari. & pag. 504. colum. 2. in medio. Ascendere.

Vigilia Natiuitatis.

Pariet quidem filium, vel sub themate, orientur sol iustitiae vobis timentibus nomen suum. Mala. 4. lege paginam. 153. colum. 2. in medio. Ad portam. Nihil aliud reperi.

In Natiuitate Domini nostri Iesu Christi.

De hac Christi redemptoris nostri sacratissima Natiuitate agitur. pagin. 36. col. 1. in principio. Chrysostomus. & etiam pagina. 137. column. 2. in principio. Etece vir. Quomodo autem natus sit Christus in tempore pacis. pagina. 93. column. 1. circa principium. Et Elaias pagina. 145. column. 2. ante finem. Et aspectus. Sed nunc de Euangelij pauca differamus.

¶ Exijt edictum à Caesare Augusto quia superbus & avarus erat, Octavianus hoc mandatum promulgari & obseruari in toto orbe præcepit. De principibus & eorum legibus, vide pag. 304. col. 2. in princi. Principes eius. & pag. 608. col. 2. in fin. De regibus. Obserua quod David hoc peccatum fecerat cum populum numerare iussit vt habetur. 2. Reg. 24. propter quod grauer fuit punitus à Deo. Cesar vero nihil mali passus est. Cur? Nèpe quia vt scriptura ait, Deus quos diligit corrigit & flagellat omnem filium quem recipit. Ethnicum illum Augustum reliquit impunitum in hac vita, vt in gehennam luat pœnas vsq; in sempiternum, flagellat verò Dauidem, ne postea inueniat quod puniat in eo, vnde in ca. 6. secundi lib. Machabæorum sunt hæc verba literis mandata. Et enim multo tempore non finire peccatoribus ex sententia agere, sed statim ultiones adhibere, magni beneficij est indicium: Non enim sicut in alijs nationibus. Dominus patienter expectat, vt eas, cum iudicij dies aduenerit, in plenitudine peccatorum puniat, &c. Lege Originem homilia. 14. in Leuiticum super illud Leuit. 24. Homo qui male dixerit Deo suo, portabit peccatum suum, post medium homilia. & vide hic pagin. 127. colum. 1. in medio. Ne succeseas. & pag. 216. col. 1. circa med. Et requiescet. & pa. 443. col. 2. in fin. Et si enim. ¶ Sequitur in contex. Hæc descriptio prima facta est à Præfide Syriae Cirino. Sequitur populus exempla maiorum, sicut Cirinus Casarem. pag. 241. col. 2. in prin. Et qui in, & pag. 292. col. 1. ante medium. Qualis. & pag. 367. colum. 1. in fine. Quales enim. & pag. 150. colum. 2. in fin. Cum eleuatis. ¶ Sequitur, Gloria in excelsis Deo. Non est querenda mundi gloria, sed Dei. pag. 338. col. 2. in princ. Scelerati. Duo sibi retinuit Deus, scilicet, Gloriam & ultionem. De primo ait, Gloriam meam alteri non dabo. Esai. 42. De secundo ait Mihi vindictam, & ego retribuam. Deute. 32. & ad Rom. 12. Sic fecisse Ioab commemorat scriptura. 2. Reg. 12. cum obsideret urbem Rabbath. noluit eam subuertere donec veniret David, ne nomine suo ascriberetur victoria. Caue ne & tu qui stipendijs Dei militas ascribas victoriam nomini tuo. Esto fidelis sicut Ioab, & da gloriam Deo, vide de his pag. 368. col. 1. in prin. Et dixisti. ¶ Sequitur. Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. De bono pacis & de malo discordiæ pag. 159. col. 2. in fine. Multitudinis credentium. & pagin. 208. colum. 1. in fin. Et calciaui te. & pag.

489. col. 1. in fin. Percutiam, & pag. 507. col. 2. post medium. Eodem modo. Pastores venerunt festinantes. Expende quod isti pastores non segniter quæsierunt Christum sed seruetter & deuotè. Sic beata Virgo cum festinatione ascendit montana, sic Zachæus festinans descendit vt Christum exciperet, sic Abraham festinauit ad Sarram & cucurrit ad armatum, Sarra accelerans commiscuit, tria sata farinae, puer verò festinauit & coxit vitulum, vt peregrinos hospitio exciperent Gen. 18. Lege pag. 26. col. 1. in med. Vbi erat impetus, & pagin. 480. colum. 1. ante fin. erant autem. Nos verò ossa arida sumus & sicca absq; humore deuotionis & feruoris, vt illa ossa Ezechielis de quibus loquitur hic in pag. 480. In principio erat verbum, pagin. 476. col. 1. post medium. Ac si diceret, Mundus per ipsum factus est. Viri sapientes tres mundos esse dixerunt. pag. 545. col. 2. ante finem. Et introduxit.

Dominica infra octa. Natiuitatis, Erat Ioseph & Maria. &c.

Contristabatur virgo, eò quòd dixerat ei Simeon, tuam ipsius animam doloris gladius pertransibit, sed exultat eò quòd Anna Domino confitetur. pag. 157. col. 2. ante medium. Fratres tui. Ad de illud psalmi. 88. Visitabo in verberibus iniquitates eorum, sed subdit statim. Misericordiam autem meam non dispergam ab eo. Solet enim Deus lata tristibus miscere, & consolari illos quos calamitatibus castigauerat. Sic Adæ postquam dixit, In sudore vultus tui vesceris pane tuo, adiecit, Donec reuertaris in terram, &c. Et cum eijceret parentes nostros ex paradiso, fecit eis tunicas quibus à frigore & aestu se protegerent. Tuam ipsius animam doloris gladius pertransibit. Vide pag. 384. col. 2. ante med. Ecce ego Insignum cui contradicetur. Pag. 132. col. 2. in fin. Ipse est. pag. 143. col. 1. circa finem. id prædixerat.

In Circuncisione Domini nostri Iesu Christi.

Potuit Christus dicere in sua Circuncisione illud psalmi, Infixus sum in limo profundi, & non est substantia. Hoc est sine causa pœnam peccato debitam sustineo, quia caro culpa, quæ est peccati substantia. Intraerunt vsq; ad animam meam aquæ, id est, dolores,

res, vt hic explanatur in pag. 349. co. 1. in pri. & adduxero. lege etiam totam pagin. seq. ¶ De circuncisione spiritali nostra. pag. 371. col. 1. prope med. Incircuncisos. lege. pagin. sequentem.

In vigilia Epiphania.

Potest vna autoritas scripturæ duos & etiam plures habere sensus literales. Sic hæc autoritas Osee. 11. Ex Ægypto vocaui filiū meum. Intelligitur de populo Israelitico, vt narratur pag. 286. co. 2. in fin. Qui moues. Sed euangelista in Euangelio huius vigiliæ ad litteram dicit intelligendam de Christo saluatore nostro ac vero Messia.

Epiphania Domini.

Pro introductione sermonis Epiphaniæ, qualiter se Christus ostenderit Magis, vide pag. 521. col. 2. in fin. Ideo Deus. ¶ De hac vero sanctissima festiuitate lege. pag. 39. colum. 2. circa finem. Vnde illud. & pag. 293. col. 2. ante med. Ecce gentes. & pag. 529. colum. 2. in principio. Hoc intuens. ¶ In euangelium vbi ait Matth. Ecce Magi ab Oriente venerunt. Intellige à parte Orientali. Hæc est Mesopotamia, vbi Iacob olim peregrinatus fuerat, vt Abulensis latè probat in hunc locum Matthæi. De his vide pag. 341. col. 2. circa finem. Et exiit. Vocantur autem Magi, licet reges essent, quia viri sapientes erant. pag. 358. col. 1. circa med. Sapientes tui, lege duo folia sequentia. Debent enim Reges, principes, & prelati sapientia esse excolti. ¶ Super illud quod omnis Hierosolyma turbata est cum Herode. Vide quo modo populus sequitur principum mores, sicut oues pastorem. Sicut oues Iacob pepererunt maculosa & varia diuerso colore resperfa, quia ante oculos posuerat virgas albas, & virides, sic subditi opera concipiunt bona siue mala, iuxta exempla pastorum. Gen. 30. Vnde Claudianus. Regis ad imperium facile componitur orbis: Mobile mutatur vna cum principe vulgus. Lege de hac re pag. 241. col. 2. in prin. Et qui in. & 292. col. 1. circa med. Qualis. & pag. 488. col. 2. ante medium. Hunc regem. ¶ Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es, &c. Exponitur hæc autoritas Michææ. pagin. 164. colum. 1. circa fin. aliquando.

Octaua Epiphaniæ.

De excellentia baptismi. pag. 7. colum. 1. in prin. Quid est homo. ¶ Super illud. Cœli aperti sunt. Nota quid sit cœlos aperiri. pag. 7. col. 1. prope fin. Non diuisione corporea.

Dominica infra octa. Epiphania. De puero Iesu perduto.

Perditur Christus in die Paschæ ascendens Hierosolymis secundum consuetudinem diei festi. Non perdidit beata virgo filium cū fugit in Ægyptum à facie Herodis, & perdidit illum in solennitate festi. Non perditur Christus in tribulatione, in qua sæpe solet inueniri, perditur tamen in prosperitate, & mundi lætitia, Dauid multis calamitatibus agitatus Deum habuit protectorem, & vir sanctus & Deo gratus fuit. Contra Salomon pace, diuitijs, delitijs, & mundi foelicitate suffultus, grauissimi doctores asserunt, reprobatum à Deo, & æternæ damnationi obnoxium. Alexander etiam Magnus, princeps omni virtute ex cultus, postquam totius Orientis obtinuit principatum, & tot gentes suo imperio subiugauit, elatus rebus secundis, crudelis, flagitiosus, & impius fuit, multisque sceleribus maculatus. De Alexandro lege pag. 352. col. 1. in med. Talis fuit Alexander. Cauendum ergo est à mundi huius foelicitate. ¶ Super illud quod Iesus inuentus est in medio doctorum. Vide quæ litteris mandauimus in dominica tertia aduentus in illis verbis, Medius vestrum stetit quem vos nescitis. ¶ Super illud quod virgo dixit, Pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Appellatur Ioseph in scriptura pater Christi non quod pater suus esset, sed quia existimabatur. Sic dicitur quod stellæ de cœlo cadent, & Ieremias vocat Ananiam Prophetam, cum non esset Propheta, sed quia populus credebatur illum Prophetam. Ierem. 28. Multa similia passim offendes in sacris litteris. lege pag. 175. col. 1. in prin. Vaticinare.

Dominica Prima post octauam Epiphaniæ. Nuptiæ factæ sunt in Cana, &c.

Beata virgo cū vinum in nuptijs deficeret, cucurrit ad Christū, vt necessitati subveniret. Non sic impius Ochozias qui in sua infirmitate Belzebu quæsiuit. Similiter Saul Pythonissam consuluit. 4. Reg. 1. & 1. Regū. 27. Iudas etiam Pœnitentia ductus, abiit ad Phariseos. Dauid autem non homines nec mundum inuocauit, sed Deum, dicens, Ad Dominum cum tribularer clamaui. Ionas etiam e ventre ceti dixit, Clamaui de tribulatione mea ad Dominum & exaudiuit me Ioann. 2. De hac re vide pag. 51. colum. 1. ante medium. Tam misericors. & pagin. 116. col. 2. ante medium. Quærent visionem. Et pa. 8. col. 2. prope med.

Tres viros. & pag. 190. col. 1. prope med. Et scietis. & pag. 337. col. 1. in prin. & scietis. & pag. 394. col. 1. in fin. & scietis quia, &c.

Dominica Secunda post octauam Epiphaniae, Descendente Iesu de monte, &c.

Descendente Iesu de monte, leprosus venit ad Christum, alioquin non venturus erat sententia. Nemo venit ad me, nisi pater meus traxerit eum. Ioan. 6. vnde egregius Psaltes: Nisi dominus adiuuisset me, paulominus habitasset anima mea in inferno inferiori. Vide pag. 478. col. 1. in fin. Et merito. ¶ Super illud quod ait Euangelista, quod tetigit Iesus leprosum. Vide de Christi tactu pag. 33. col. 2. ante finem. Et licet. ¶ Ostende te sacerdoti. Misit Christus leprosum ad sacerdotem, vt sacerdos honoraret. pag. 609. col. 1. circa med. Illud est hoc loco. Secundo misit illum ad sacerdotem ne obliuisceretur accepto beneficio, sed post corporis incolumitatem gratias redderet Deo, offerens munus. pag. 620. col. 1. ante fin. Non reuertetur.

Dominica Tertia post octa. Epiphaniae, de nauicula, & naufragio.

Apostoli in tribulatione positi, Christum inuocant. De hoc vide quae in superioribus differuimus in dominica. 1. post octauam Epiphaniae. ¶ Illi qui miraculum videntur, dixerunt. Qualis est hic quia venti & mare obediunt ei? De insensibilium creaturarum obedientia, vide pagin. 98. col. 1. in fine. Quarens alius propheta.

Dominica Quarta post octa. Epiphaniae, de Zizanijs.

Simile est regnum caelorum, &c. vt Gregor. Sait in Homilia, idcirco Regnum caelorum terrenis rebus simile esse dicitur, vt per ea quae animus nouit, furgat ad incognita quae non nouit. Sicut itinerantes in aestate solent ex paruo aquae riuulo fontem petere, ascendentes collem, & inuento sitim extinguere, ita ex cognitione creaturarum ascendere habes ad creatorem vbi anima satiatur, & inuenit omnium rerum affluentiam. Specilia seu ocularia non deseruiunt, vt homo seipsum velut in speculo videat, sed vt alias res contempletur. Pari modo creaturae factae non sunt vt homo in ipsis seipsum intueatur aut gloriatur, sed vt Deum aspiciat creatorem, & eum diligat. Quomodo autem a cognitione creaturarum ad creatorem veniendum est, pagina. 13.

column. 1. prope fin. Et de medio eius quasi species. lege quatuor columnas sequentes & vsque ad contextum, & pag. 36. col. 2. ante medium. Quamquam enim. & pagin. 522. col. 2. in princip. Nam naturalis. & pag. 533. col. 2. post medium. & fecit frontes. & pag. 565. col. 1. in fin. Talis. ¶ Super seminavit inimicus zizania. Quomodo pij homines inter impios viuunt pagina. 9. columna. 1. ante medium. Indicat locum. Dixit paterfamilias, Sinite illa vsque ad messem. Cur impios finat Deus viuere inter pios. pagin. 443. column. 2. in fin. Solet etiam.

Dominica in Septuagesima.

Simile est regnum caelorum, &c. Jam de hac similitudine diximus in Dominica immediate praeterita. ¶ Exijt paterfamilias primo mane, & hora tertia, sexta, nona, & vndecima, Sapere nos vocat Deus & expectat patienter, & sustinet peccatores. De hoc vide pag. 325. column. 2. in med. Multo labore. Nos vero indurati peccatis vocantem contemnimus. De hac cordis duritie & obstinatione, vide pagina. 77. column. 2. in fin. Tu o peccator. Quid hic stas tota die otiosi? Vide de ociositate pagina. 95. columna. 2. in fin. Medusa illa, & pagin. 222. in princip. column. 2. Otium ipsius. & pagin. 229. col. 2. ante finem. Otium enim. pagin. 309. column. 1. ante med. Illos solum. & pag. 621. column. 1. in med. Optimi sunt. ¶ Vo-ca operarios, & redde illis mercedem. De merito operationum nostrarum differit. pag. 478. col. 2. in med. Vt annulus, lege quatuor columnas sequentes, & vsque ad contextum. ¶ Cum sero esset. Expende quod Agricola vsque ad solis occasum in vinea Domini laborauerunt. Non satis est vt bonum opus incipias nisi perfece-ris illud, & ad finem vsque perseueraueris. Perseuerantia virtus est, quae tantum coronam meretur, & cui praemium datur. pag. 535. col. 1. ante med. Et ante. & pag. 537. col. 2. in prin. Per dexteram.

Dominica in Sexagesima.

De auditu verbi Dei. pagin. 60. column. 2. ante med. Quodcunque. & pagina. 431. column. 1. circa finem. Et cecinerit. & pagin. 480. column. 2. in prin. Ossa arida. Contra eos qui ex curiositate audiunt verbum Dei pag. 438. column. 1. in fin. Etes eis. ¶ Qui habet aures audiendi audiat. Sunt qui aures habent ad videndum & oculos ad audiendum, quia ita asentiunt malis quae audiunt & credunt verbis mendacij, acsi oculis mala illa vidissent. Mor-

tem vero quam vident in cadaueribus eorum, qui iam obierunt credere nolunt, ac si non essent morituri. Habent enim se in his quæ vident, ac si ea audissent à non fide dignis pag. 167. col. 1. in med. Qui oculos habent. Vide etiam pag. 167. col. 2. ante fin. & aures. & pag. 521. col. 2. circa prin. Vide & pag. 595. col. 1. in fin. Ideo Christus. ¶ Vt videntes non videant, coniunctio, vt non dicit hic causam, sed consecutionem effectus. Vnde Paul. Lex subintravit, vt abundaret delictum. Rom. 5. Nunquid Deus dedit legem vt homines grauius peccarent? Absit, lex non est causa peccati, sed hominis peruersa voluntas, qua præuaricator fit legis. Sic Dauid in psal. Malum coram te feci vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. De hac itaque coniunctione lege. pag. 167. col. 2. in princ. Audite. & pa. 189. col. 2. in princ. Vt capiatur. & pag. 299. col. 2. in fin. Vt veniat. & pag. 389. col. 1. in med. Postest. & pa. 512. co. 2. in prin. huius cecitatis & c. ¶ Semen cecidit supra petram. De duritie & obstinatione peccatoris, cuius cor durum per petram significatur, vide pag. 50. col. 1. prope prin. Appellat eos, & pag. 77. col. 2. in fin. Tu ô peccator. & pag. 161. col. 2. in prin. Auferam. & pag. 195. col. 1. circa finem. Beatus vir. & pag. 471. col. 2. in med. & auferam. ¶ Vbi dicit cum de spinis loquitur, Hi sunt qui à solitudinibus huius seculi, & c. pag. 393. col. 2. ante med. Cur igitur. ¶ In fine in eo quòd ait de terra bona loquens. Hi verbum retinent & fructum afferunt. lege. pag. 62. col. 1. ante finem. Venter tuus. & pag. 65. col. 1. in medio. Omnes sermones. In duobus istis locis agitur quomodo sit audiendum verbum Dei, & custodiendum illud.

Dominica in Quinquagesima. Ecce ascendimus Hierosolymam.

Vbi Christus ait consummabuntur omnia quæ scripta sunt per Prophetas. Vide pag. 595. col. 1. ante med. Et ecce, & pag. 613. col. 1. post medium. Vitulus hic. & pag. 639. col. 2. in fine. Ita enim habet. ¶ Filius hominis tradetur. Perpende Christi humilitatem, qui cum sit filius Dei naturalis appellat se filium Adâ. pagina. 68. colum. 1. in fin. Ex quo. Secundò dicit se filium hominis, quia quatenus homo erat mortalis & passibilis mortem. subiit, & passus est. pag. 120. colum. 1. in princip. Et ecce similitudo. ¶ Flagellabitur, conspuetur, & crucifigetur. De Christi redemptoris nostri passione. Vide pag. 130. colum. 2. in fin.

Vir quoque. Obserua autem quod sæpè Christus loquitur de sua passione, vt eam magis memoria commendaret. Vult enim saluator vt memores simus tanti beneficij. Nam si Dauid & Assuerus rex, memorabiles res gestas literis mādabant ad perpetuam rei memoriam quantò magis, & c. pag. 131. col. 2. in med. Et signa Thau. & pag. 242. col. 1. in fin. In monte. & pag. 389. col. 2. post medium. Porro Iosaphat. De eius etiam sanguine & passione, vide pag. 587. col. 2. ante med. Et assumens. & ibidem in prin. colum. seq. & combures. & pag. 614. col. 1. ante med. & tollet sacerdos. ¶ De miraculo cæci quem Christus illuminauit in eo quod ait Evangelista quod cæcus clamabat ad Iesum, discce exemplo huius cæci Deum in tribulatione inuocare, & ad Christum clamare, qui est vera salus & vita. pag. 8. colum. 2. prope med. Tres viros. Ideo namque Deus nos ferit calamitatibus, & flagellat vt queramus eum in angustia. pag. 51. col. 1. ante medium. Tam misericors. ¶ Qui præbiant increpabant eum vt taceret. Cæcus Christum inuocabat, sed mundus impedit, sicut olim populus terræ impediēbat populū Iudæ in ædificādo. Neemiæ siue. 2. Eldræ. 3. Sic etiam Michol deridebat Dauidem saltantem coram arca Domini atq; psallentem. 2. Reg. 6. Lege de hac. pag. 80. col. 1. in med. Sic velim. ¶ Dicit Christus cæco, quid vis vt faciam tibi? Hoc querit non ignorans, sed vt cæcis propriam agnoscat miseriam, eamque confiteatur pagin. 245. col. 1. post med. Eam ob causam. ¶ Fides tua te saluum fecit. pa. 526. col. 1. in med. possumus. ¶ Videns sequebatur eum. De Christi sequela. vide pag. 134. col. 1. in med. Si Christus.

Feria Quarta cinerum, Cum ieiunatis, &c.

De miseria hominis & breuitate vitæ huius, sub themate, Memento homo quia cinis es & in cinerem reuerteris lege pagin. 45. col. 1. in med. Omnis. Et pa. 100. col. 1. antemedi. Nos etiam. & pag. 133. col. 2. in princip. Poteris. & pag. 231. col. 2. ante med. Plena pluitibus. & pag. 332. col. 1. in med. Si autē in potentibus. & pag. 353. col. 2. in fin. Mors immatura. & pag. 363. col. 1. post med. Superiacent. & pag. 369. col. 2. ante med. Cum sis homo & pagin. 385. colum. 2. ante finem: Et dispergam. & pagina. 652. columna. 2. ante finem Mors nos. ¶ In euangelium huius ferie, Cum ieiunatis. Vide de laudibus ieiunij & de institutione quadragesimæ pagina.

219. co. 1. in medio. Saturitas panis. Lege duas paginas & ultra vsq; ad contextum. Vide etiã de poenitentia, & confessione sacramentali, & de ieiunio. pag. 324. col. 1. in med. Cuius rubigo, & pag. 419. col. 2. in med. Iudicium durissimi Agitur hic de ieiunio & abstinentia. lege quatuor paginas sequentes. pag. 540. col. 1. ante fin. Caro. ¶ Nolite fieri sicut hypocrite tristes. De malo hypocrisis vide. pa. 25. col. 1. in fine. Quemadmodum. & pag. 178. co. 1. circa med. Quali vulpes. & pa. 301. col. 2. circa prin. Omnes isti. & pag. 564. col. 1. in prin. Vt in pharma copola. & pag. 510. col. 2. circa med. Poteris. & pag. 534. col. 1. in medio. Aspice. ¶ Tu autem cum ieiunas unge caput tuum, & faciem tuam lava, ne videaris hominibus ieiunans, sed patri tuo, &c. Quomodo in omni actione nostra gloria Dei querenda est, fugiendamq; esse hominum gloriam, & laudem, vide pag. 338. col. 2. in prin. Scelerati. ¶ Thefaurizate vobis thesauros in coelo. De elemosynarum largitione, perspicuum est quod loquatur Christus. de hac re lege pag. 91. col. 1. circa princip. Es frigidum. 222. col. 2. post medium. Et manum egeno. & pag. 246. col. 1. ante medium. Sunt qui.

Feria Sexta post cineres, Diligite inimicos vestros.

Diligendi sunt inimici, quia manus Dei sunt & instrumenta eius, quibus præparat nos ad vitam. Sic Assur (vt Esaias ait) erat virga furoris Dei, qua populum suum Israeliicum puniebat. Pædagogi enim nostri sunt, qui curam vitæ nostræ gerunt, & salutem operantur. vide pag. 284. col. 2. post medium. Eijciam. Et pag. 456. col. 1. in prin. Hoc odium.

Domnica Prima in Quadragesima. Dominus est Iesus in deser.

De ieiunio Christi quadragenario. vide pag. 548. col. 2. ante med. Et mensus est. De bono ieiunij, vide quæ litteris mandauimus in feria. 4. cinerum, in verbo Cum ieiunatis. ¶ Tatabatur à Diabolo. De tationibus vide pag. 80. col. 1. in fin. Et licet Diabolus. Lege totum folium sequentem. Et etiam vide de hac re pag. 185. col. 1. in prin. Quibus blanditijs & pag. 647. col. 2. in prin. Illud est hoc. Super illud quod Christus respondens Diabolo, dixit. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo. Intellige sicut intelligendum est in omni re. Ibi verbum sumitur pro re, est frequens modus loquendi scripturæ. Vnde. 2. Regum.

1. legitur Dauidem interrogasse Amalechitã venientẽ de prabo. Quod est verbum quod factum est? Et Esaiã. 39. de Ezechia, qui thesauros domus suæ nuñtjis regis Babylonis ostenderat, Irabatur, quod non fuit verbum, quod non ostenderet eis Ezechias in domo sua. Vlitatus præterea modus scripturæ est dicere. Nonne hæc scripta sunt in libro verborum Regum Israel? Ait igitur. Non est Dei potentia coarctata vt non possit hominem sustentare, nisi in solo pane. Filios Israel manna cibavit in deserto, & poterat eos alere in quacunque alia re. vide pag. 162. ol. 2. circa fine. Omnia verba. ¶ Duxit diabolus Christum in pinnaculum templi. lege. pag. 135. col. 2. ante med. A sanctuario. Obserua autem quod diabolus non duxit Christum ad sanctuarium, nec ad templi interiora, sed ad exteriora. pag. 567. col. 1. in prin. Respicens ad viam. & pag. 578. col. 2. in prin. Et introduxit. Mos satanæ est ad carnis delicias, honores, saltus, diuitias homines allicere & inuitare, non vero ad interiora peccati & seculi vanitatem, hoc est ad conscientia remorsum, sceditatem peccati & gehennæ timorem quæ interius latent, sicut anguis in herba, sub tegumento deliciarum. Vnde Dominus interiora victimæ ei offerri mandabat. Leuit. 1. Moses Christi seruus minabat gregem ad interiora deserti. Exod. 3. Mina sensus tuus & cogitationes ad interiora peccati. Angelus Raphael dixit Tobie. Exentera piscem, & tolle cor eius & fel, & repone tibi, sunt enim hæc necessaria ad medicamenta. Tobi. 6. Sic tu exentera peccata & quidquid mundus habet, vt intuearis eorum amaritudinem. Bona enim hæc sunt vt visum recipias. Sed de his alias.

¶ Dixit illi diabolus. Mitte te deorsum, scriptum est enim. Angelis suis mandauit, &c. Vide omnium hæreticorum magistrum & patrem, qui scripturæ vtitur testimonio, sed deprauatè, more hæreticorum ad suas hæreses confirmandas. pag. 447. col. 1. circa fin. Et si hæretici. ¶ Duxit illum in montem excelsum, & ostendit ei omnia regna mundi. Lucas ait. cap. 4. quod hæc ostendit in momento temporis, vt discas hoc omnia terrena momentanea esse & transitoria. De his latè differimus in libello nostro de seculi vanitate, & inferius non nihil annotabimus in festo S. Andree Apostoli, in illis verbis, At illi relictis rebus sequuti sunt eum.

Feria quarta post Primam Dominicam quadragesimæ. Magister volumus à te signum videre.

Isti scribæ & pharisæi vt Christum tentarēt lex curiositate potius quàm ex necessitate signa è cælo petebant. pag. 188. col. 1. in med. Interrogant. Sed noluit Christus coram incredulis signa facere. Lege totum hoc fol. ¶ Sic erit filius hominis in corde terræ. Quid sit cor terræ explanatur. pag. 357. col. 2. in prin. In corde. ¶ Regina Saba siue Austri. De hac vide pagin. 209. col. 1. in fin. Et egressum est. ¶ Qui fecerit voluntatem Patris mei. pag. 530. col. 2. in fine. Debemus.

Feria quinta post Prim. Domini. quadragesimæ. De diuite epulone & Lazaro mendico.

ERat quidam diues qui induebatur purpura & bysso, &c. Sæpe Deus solet dare impijs in hac vita diuitias, honores, & cætera huiusmodi, æterna vero nunquam largitur nisi pijs & iustis hominibus. Abraham filijs cõcubinarum largitus est munera, sed solus Isaac successit in domo paterna, & possedit hæreditatem. pa. 622. ante med. col. 2. Sin autem. Per pulchre hoc insinuatur in hac historia diuitis & Lazari ¶ Obserua autem quod diuitiarum affluentia solet sæpe homines auertere à Deo. pag. 96. col. 2. in prin. Quia superastis. & pag. 234. col. 1. in prin. In terra bona. Item de felicitate impiorum & calamitate iustorum. vide pag. 127. column. 1. in med. Ne succenseas & pag. 185. column. 1. circa finem. Quid est enim crudelius. ¶ Nemo illi dabat. De auaritia lege pag. 304. col. 2. post med. Et auare. ¶ Mortuus est diues. In morte vniuscuiusq; ostenditur qualis fuerit in vita. pag. 231. col. 2. post med. Arbores. & pag. 370. col. 2. in med. Et morieris. & pag. 409. co. 1. circa prin. Et consolata. & pag. 411. col. 1. in prin. Ditissimus. & pag. 505. col. 2. in prin. Feris aibus.

Feria Sexta post Primam Domini. Quadragesimæ. De piscina Bethsaida.

Interrogauit Iesus paraliticũ iacentẽ in lectulo, vis sanus fieri? Expende quod huic non solum corporis incolumitatem præstitit saluator, sed etiam peccatorum remissionem. Ad gratiam enim peccator letaliter vulneratus surgere nequit sine Dei auxilio speciali, ideoque pijsimus Dominus prius loquitur

huic peccatori, non propriam salutem petenti pag. 48. column. 1. in med. Et statuit. ¶ Tolle lectum tuum pagina. 109. column. 1. in fin. Vias tuas. ¶ Noli amplius peccare. Solet Deus impiorum vires calamitatibus conterere, vt flagitijs finem imponant. pag. 397. col. 2. in fin. Brachium Pharaonis.

Sabbato post Primam Domini. Quadragesimæ. De filio prodigo.

Hic iam ditatus à patre, quia diues erat, cõgregatis omnibus, recessum parauit à domo, ad quam postea tribulatio & paupertas eum reuertit coegerunt. pag. 96. col. 2. in prin. Quia superastis. De recessu autem & auersione ab incommutabili bono. pag. 196. column. 2. circa med. Idest quidquid. ¶ Consumpsit substantiam luxuriose viuendo. De luxuria quæ bona temporalia & spiritualia consumit. vide pag. 128. col. 1. ante fin. Fortasse per mulieres. & pag. 197. col. 2. ante fin. Sed sit mihi. ¶ Cœpit egere. De fame spirituali. pagin. 472. col. 2. post med. Ac si dicat. ¶ Adhæsit vni ciuium. Hoc est vitio cui vnusquisq; specialiter adheret pag. 123. col. 2. in fin. Ea enim ¶ Ad se reuersus dixit. In tribulatione positus ad seipsum reuertitur, & ait, Quanti mercenarij? &c. Cognoscit Deum cum iustitiam fuit expertus. pagin. 110. col. 1. in fin. Et scietis. & pagin. 315. col. 2. post medium. Et requiescere. ¶ Surgam & ibo ad patrem meum, &c. Pauper est mundus, & ideo ad Deum necessario veniendum est pag. 345. col. 1. in med. Conuersa est. pag. 573. col. 2. in med. Vult enim ¶ Occurrit pater. Sine auxilio Dei speciali nemo potest à peccato resurgere, potest tamen se ad gloriam preparare, alioquin frustra diceret Ioannes Parate viam Domini. pagin. 48. col. 1. in med. Et statuit.

Dominica Secunda in Quadragesimæ. De Christi transfiguratione.

DE hac saluatoris gloriosa trãsfiguratione, vide pa. 144. colu. 2. ante med. Et nubes. ¶ Ceciderunt apostoli in facies suas pa. 44. col. 1. circa med. Et vidi & cecidi. ¶ Petr⁹ dixit. Bonum est nos hic esse. Faciamus hic tria tabernacula. Hoc ait euangelista quod dixit, nesciens quid diceret, nimirum quia cum hospes erat & peregrinus super terram, perpetuam voluit in ea facere mansionem, & habere in hoc mundo ciuitatem manentem. Primus qui ciuitatem ædificauit in terris fuit Cain, qui exul factus est à superna ciuitate. Gen. 4. lege. pag. 110. col. 1. in prin.

in pri. Qui habitas & pag. 637. col. 1. ante fin. Sicut quidem. ¶ Tibi vnum, Mosi vnum, & Heliae vnum. Pende quomodo felicitas mundi sit animi inimica. Pincerna Pharaonis succedentibus prosperis, oblitus est interpretis sui. Ideo dixit illi Ioseph: Memento mei dum bene tibi fuerit, Ne in prosperitate obliuisceretur tibi in domo Pharaonis, at ille oblitus fuit Ioseph, sicut nunc Petrus obliuiscitur Andreae fratris, qui illum ad Christi cognitionem vocauerat. Ioann. 1. Lege de his. pag. 163. col. 2. in med. Filius vnius anni.

*Dominica Secunda, in Quadragesima.
De Cananea.*

Secessit Christus in partes Tyri & Sydonis. De his urbibus. pag. 344. col. 1. in prin. & factum est. & pagin. 348. col. 1. ante med. Cum autem, & c. ¶ Christum autem in sua tribulatione qua fuit. De hoc iam diximus in superiori bus dominica prima post octaua Epiphaniae. ¶ Observa quod haec mulier perseueravit petens, Ideoq; ad vota exaudiri inuenit. De perseuerantia. vide pag. 535. col. 1. in prin. Et ante frontes. & pagin. 537. col. 1. in fin. Per dexteram. ¶ O mulier magna est fides tua. pagin. 526. col. 1. in med. Possumus.

*Feria Quarta post dominicam Secundam
Quadragesimae, Ecce ascendimus Hiero
solyman.*

In his verbis. Ecce ascendimus Hierosolyman. & Filius hominis tradetur, & c. vide qua supra notauimus in Dominica quinquagesime sub eisdem verbis. ¶ Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? pag. 316. col. 1. in prin. Bibere calicem. ¶ Scitis quod princi pes gentium, & c. De humilitate praetorum. pa. 430. col. 2. circa fin. Existimo tamen.

*Feria Sexta post Secundam Dominicam
Quadragesimae. Homo quidam plantauit
vineam.*

Parabolice dixit Christus veritatem & arguit sacerdotum templi & pharisaeorum scelera, sicut olim fecisse Natham scriptura commemorat, cum Regi Dauidi parabolam ouis exposuit. Sic obiurgat Christus hos legis doctores. pag. 624. col. 1. ante med. Iste est locus. Expende etiam quod in germano huius contextus. literaliter sensu, per hominem hunc, Deum intelligit, qui misit filium suum ad agricolas, hoc est ad sacerdotes templi. Cur autem pater eternus ap

pellatus sit homo, vide pag. 34. col. 2. in med. Similitudo quasi. ¶ Plantauit hic homo vineam. De hac vinea. vide. pa. 199. col. 2. in prin. Quid fiet. & pag. 261. col. 2. in medio. Mater tua. Misit seruos suos ad agricolas illos. Sape sapius vocabat Deus illos impios & induratos sacerdotes & pharisaeos, vt fructum vineae darent, malitia enim hominum (vt Chrysostomus annotat in opere imperfecto Matthaei) cum Dei bonitate certabat. pag. 77. col. 2. in fin. Tu o peccator. Prae. Quomodo Deus vocat, patienter expectat, & sustinet peccatores. pag. 325. col. 2. in medio. Multo labore. ¶ Vere buntur filium meum, sciebat quod illum essent interfecuri nihilominus tamen non desinit beneficia praestare ingratis. & mittere filium dilectum. pa. 52. col. 1. in fin. Si forte. ¶ Habebimus hereditatem, dixerunt illi agricola. Mala quae timebant apprehenderunt impios, & in laqueo quem absconderunt comprehensus est pes eorum, incidit enim peccator in foueam quam fecit. Decreuerunt isti filium interficere, vt hereditate fruerentur, sed longe aliter euenit, quia hac de causa hereditatem perdidit, quod passim impijs contingit. pag. 286. col. 1. ante med. Sunt enim. ¶ Lapidem quem repro bauerunt aedificantes hic factus est in caput anguli. pag. 486. col. 2. ante finem. Sed per hanc. ¶ Auferetur a vobis regnum Dei. pag. 73. col. 1. in prin. Poteris hoc. & pag. 90. col. 1. in prin. At ego. & pag. 99. col. 2. in fin. Et deiciam. & pag. 101. col. 2. in med. Cum Iudei. & pag. 240. col. 1. circa fin. Potest hoc referri.

*Dominica Tertia in Quadragesima, Erat
Iesus eiciens demonium.*

